Concordat

Morbio 23 (123)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Innocentius eps servus servorum dei Dilectis filiis Benedicto de Latiosis et Bartholomeo de Azonibus Canonicis ecclie Mantuan Salt et aplicam ben
Ex iniuncto nobis desuper aplice servitutis officio ad ea libenter intendimus per que beneficior et rer ecclesiasticar omnium utilitas procuratur et ut illa optatum sortiantur effectum cum a nobis petitur favorem
aplicum liberaliter impartimur. Dudum siquidem a felicis recordationis Paulo pp. ii. predecessore nro emanarunt littere tenoris subsequentis. Paulus eps servus servor dei Ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus
iudiciis sit rectitudo iustitie et conscientie puritas observanda id multo magis in commissionibus alienationum rer ecclesiasticar convenit observari in quibus de xpi patrimonio et dispensatione pauperum non de proprio cuiusque
peculio agitur aut tractatur. Quapropter oportet ut in examinandis huiusmodi alienationum causis que a sede aplica in forma si in evidentem utilitatem cedant oneratis ecclesiasticor iudicum conscientiis delegantur nihil
favor usurpet nihil timor extorqueat nulla expectatio premii iustitiam conscientiamque subvertat. Monemus igitur et sub interminatione divini iudicii omnibus Commissariis et Delegatis huiusmodi districte
precipimus ut caute et diligenter attendant causas in litteris aplicis per supplicantes expressas illasque solicite examinent atque discutiant. Testes et probationes super narratorum veritate recipiant et solum deum pre
oculis habentes omni timore ac favore deposito ecclesiar indemnitatibus consulant nec in lesionem aut detrimentum ear decretum quomodolibet interponant. Siquis autem Commissarius aut Delegatus conscientie prodigus
in gravamen aut detrimentum ecclie per gratiam timorem vel sordes alienationi consenserit aut decretum vel auctoritatem interposuerit inferior quidem Epo sententiam excommunicationis incurrat. Epo vero aut superior ab
executione officii per annum noverit se suspensum ad extimationem detrimenti ecclie illati nihilominus condemnandus scituros quod si suspensione durante damnabiliter ingesserit se in divinis irregularitatis laqueo se
involvet a qua nonnisi per summum Pontificem poterit liberari. Is vero qui dolo vel fraude aut scienter in detrimentum ecclesiar alienationem fieri procuraverit aut per sordes vel impressionem alienationis decretum extor
serit similem sententiam excommunicationis incurrat a qua nonnisi per Roman Pontificem possit absolvi ad restitutionem nihilominus rer alienatar cum fructibus quandocumque de premissis constiterit condemnan
dus. Volumus autem quod Delegati et Commissarii p[...]cti de penis Constitutionis nre specifice moneantur et in quibuscumque litteris commissionum huiusmodi hoc statutum nrm inseratur. Nulli ergo omnino hominum
liceat hanc paginam nre monitionis precepti et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beator Petri et Pauli Aplor eius se noverit
incursurum. Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimo sexagesimoquinto Quinto Id Maii Pontificatus nri Anno Primo. Et deinde exhibita nobis nuper pro parte di
lecti filii Magri Sigismundi de Gonzaga clici Mantuan Notarii nri qui Preposituram secularem in ecclia Monasterii sancti Benedicti de Padolirone ordinis eiusdem sancti Congregationis sancte Iustine de
Padua Mantuan dioc ex concessione et dispensatione aplica obtinet in commendam petitio continebat quod dicta Prepositura inter alia illius immobilia bona nonnullas terrar petias in dioc Cremonen consistentes ad
illam legitime pertinentes habere dinoscitur que retroactis temporibus per obtinentes dictam Preposituram ad tempus pro certa annua responsione locari consueverunt et quas dilectus filius Philippus de
Andreasiis laicus Mantuan ad certum tempus sibi per eundem Sigismundum Prepositum concessas tenuit prout tenet qui pro illar melioratione domos super illis edificari necnon aqueductus et fossata
ad conservandum eas ab aquar inundationibus et ut illas fertiliores redderet in eis fieri fecit et in dies maiores impensas pro maiori melioratione facere ac annuam responsionem huiusmodi augere intendit si
petie terrar huiusmodi sibi pro se suisque heredibus et successoribus in emphiteosim perpetuam concedantur quod si fiat profecto in evidentem dicte Prepositure cedet utilitatem. Quare pro parte tam
Sigismundi quam Philippi predictor nobis fuit humiliter supplicatum ut sibi terrar petias huiusmodi eidem Philippo pro se suisque heredibus et successoribus predictis in eandem emphiteosim sub annuo
canone sive censu condecenti locandi et concedendi licentiam concedere aliasque in premissis oportune providere de benignitate aplica dignaremur. Nos igitur qui de predictis certam notitiam non habemus petiar terrar
huiusmodi situationes confines et denominationes necnon verum annuum valorem presentibus pro expressis haberi volentes ipsosque Sigismundum et Philippum a quibuscumque excommunicationis suspensionis
et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie
absolventes et absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni vre per aplica scripta mandamus quatinus de premissis omnibus et singulis ac eor circumstantiis universis auctoritate nra vos
coniunctim servata forma litterar Pauli predecessoris nri huiusmodi diligenter informetis et si per informationem eandem ita esse ac locationem et concessionem predictas si fiant in evidentem dicte Prepositure
utilitatem cedere repereritis eidem Sigismundo terrar petias huiusmodi illis prius coram vobis specificatis prefato Philippo pro se suisque heredibus et successoribus predictis in eandem emphiteosim pro annuo
condecenti canone sive censu Anno singulis dicto Sigismundo ac Preposituram predictam pro tempore obtinenti persolvendo in eandem emphiteosim locandi et concedendi dicta auctoritate licentiam largiamini. Non
obstantibus Constitutionibus et ordinationibus aplicis ceterisque contrariis quibuscumque. Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimo nonagesimo primo
Non Septembr Pontificatus nri Anno Septimo

Sep.

xxx
A. de valle
L. Fradey

Ln. de burno

Ja. de Bossis
Jo. [illegible]

Collationata L. de grossis et [illegible]
[illegible] Serrano

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1858438942-11/fragment/page=0001
DFG

1491 5/IX

B.

Bogarthus.

Morbio 23 (123)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1858438942-11/fragment/page=0002